

§§ societas

1. §§

- §§§§, §§§§
- §§§ §§ §§§§§§§§ §§
- §§§§(bona fides)§ §§§ §§§§:
 - Societas si dolo malo aut fraudandi causa coita sit, ipso iure nullius momenti est, quia fides bona contraria est fraudi et dolo. Dig.17.2.3.3
 - Quod autem ex furto vel ex alio maleficio quaesitum est, in societatem non oportere conferri palam est, quia delictorum turpis atque foeda communio est. plane si in medium collata sit, commune erit lucrum. Dig.17.2.53
- §§§§ §§§
 - Qui admittitur socius, ei tantum socius est qui admisit, et recte: cum enim societas consensu contrahatur, socius mihi esse non potest quem ego socium esse nolui. (nam socii mei socius meus socius non est) Dig.17.2.19-20
 - Nemo potest societatem herede suo sic parere, ut ipse heres socius sit. Dig.17.2.35
 - Heres socii quamvis socius non est, tamen ea, quae per defunctum inchoata sunt per heredem explicari debent: in quibus dolus eius admitti potest. Dig.17.2.40 [I]n heredem autem socii proponitur actio, ut bonam fidem praestet. Dig.17.2.35

2. §§§§§ §§

- §§§§§§§:
 - Cum specialiter omnium bonorum societas coita est, tunc et hereditas et legatum et quod donatum est aut quaqua ratione acquisitum communioni acquiretur. Dig.17.2.3.1

- Coiri societatem et simpliciter licet: et si non fuerit distinctum, videtur coita esse universorum quae ex quaestu veniunt, hoc est si quod lucrum ex emptione venditione, locatione conductione descendit. Dig.17.2.7
- **§§§§:**
 - Socius socio etiam culpaе nomine tenetur, id est desidiaе atque neglegentiaе. culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est: sufficit etenim talem diligentiam communibus rebus adhibere, qualem suis rebus adhibere solet, quia qui parum diligentem sibi socium acquirit, de se queri debet. Dig.17.2.72
 - socios inter se dolum et culpam praestare oportet. si in coeunda societate, inquit, artem operamve pollicitus est alter, veluti cum pecus in commune pascendum aut agrum politori damus in commune quaerendis fructibus, nimirum ibi etiam culpa praestanda est. Dig.17.2.52.2

3. **§§§§§ §§**

- Dissociamur renuntiatione morte capitis minutione et egestate. Dig.17.2.4.1
- **§§§ §§§:**
 - si, cum omnium bonorum societatem inissemus, deinde cum obvenisset uni hereditas, propter hoc renuntiavit: ideoque si quidem damnum attulerit hereditas, hoc ad eum qui renuntiavit pertinebit, commodum autem communicare cogetur actione pro socio. Dig.17.2.65.3
 - Item si societatem ineamus ad aliquam rem emendam, deinde solus volueris eam emere ideoque renuntiaveris societati, ut solus emeris, teneberis quanti interest mea. Dig.17.2.65.4
- **§§§ §§§ §§§ 1§§ §§§§ §§§§§ §§:** Morte unius societas dissolvitur, etsi consensu omnium coita sit, plures vero

supersint, nisi in coeunda societate aliter convenerit.
nec heres socii succedit: sed quod ex re communi postea
quaesitum est, item dolus et culpa in eo quod ex ante
gesto pendet tam ab herede quam heredi praestandum est.
Dig.17.2.65.9

- **Proculeius ait:** proculus enim ait hoc ipso quod iudicium
ideo dictatum est, ut societas distrahatur, renuntiatam
societatem, sive totorum bonorum sive unius rei societas
coita sit. Dig.17.2.65pr.
- **Proculus ait,** **Proculeius ait,** **Proculeius ait** **Proculeius**

4. actio pro socio

5. **Si quis societatem contraxerit**

- Si quis societatem contraxerit, quod emit ipsius fit,
non commune: sed societatis iudicio cogitur rem
communicare. Dig.17.2.74